

ὅποιον οὐχὶ νῶν ἔτι ζώσαιν τελεῖ;
 οὐδὲν γὰρ οὐτ' ἀλγεινὸν οὐτ' ἄτης ἄτερο
 οὐτ' αἰσχρὸν οὐτ' ἄτιμον ἔσθ', ὅποιον οὐ 5
 τῶν σῶν τε καμῶν οὐκ ὅπωπ' ἐγὼ κακῶν.

ἄρα μέμνησθε, ὅτι ἐγὼ κάκιστα ἔργα ὑμῖν ἔδρασα etc. [Si Sophocles pro τί οὐχί vel ποῖον οὐχί scripsit ὅποιον οὐχί, iudicemus oportet, cum orationis vis magis esset intendenda, ultro observatum esse ἄρ' οἶσθα atque effecisse, ut neglecta coniunctione ὅτι vellet ἄρ' οἶσθα ὅποιον οὐχί τελεῖ. Alii id quod vulgo scribitur ὅτι ita interpretantur, ut dicant ὅποιον excipere ὅτι sensus magis exprimendi causa: 'quodnam — cuius generis malum'. Quod autem alii verba coniungunt hoc modo: ἄρ' οἶσθα ὅτι τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν (ἔστιν), ὅποιον οὐχὶ Ζεὺς τελεῖ, id magis grammatico callido quam eleganti poetae convenerit. Corruptelae vestigium apparet nullum.]

V. 2. τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν] Non ea tantum intellegenda mala sunt, quae Oedipus filiis imprecatus erat (vide Oed. C. 1370 sqq.), sed illa etiam, quae huius fab. 49 sqq. commemorantur.

V. 3. νῶν ἔτι ζώσαιν] Genetivos hos esse, non dativos, quos putavit scholiasta, Schaefer. aliique monuerunt. Comparat Seidlerus Trach. 305 ὦ Ζεῦ τροπαίε, μήποτ' εἰσίδοιμί σε πρὸς τοῦμόν οὐτῶ σπέρμα χωρήσαντάποι, μηδ', εἴ τι δράσεις, τῆσδέ γε ζώσης ἔτι.

V. 4 sqq. οὐδὲν γὰρ — ἐγὼ κακῶν] 'Nihil enim aut miserum aut calamitosum, aut ignominiosum aut turpe est, quod ego in tuis et meis malis non viderim.' Et miseria et calamitate et ignominia et turpitudine affectas se esse ait malis illis, quae adhuc perpessae sint, expositis v. 49 sqq. et O. R. 1284 sqq. De acerbo enim Creontis edicto v. 7 demum dicere incipit. Pro ἄτης ἄτερο sententiam flagitare contrarium ἄτης μέτα, iam Didymus vidit (schol. Δίδυμός φησιν, ὅτι ἐν τούτοις

τὸ ἄτης ἄτερο ἐναντίως συντάσσεται τοῖς συμφραζομένοις: λέγει γὰρ οὕτως: οὐδὲν γὰρ ἔστιν οὐτε ἀλγεινὸν οὐτε ἀτηρὸν οὐτε αἰσχρὸν ὃ οὐκ' ἔχομεν ἡμεῖς. ἄτης ἄτερο δὲ ἔστι τὸ ἀγαθόν). Nec videtur fieri posse quin Didymi sententia acquiescamus atque comprobemus eam interpretationem quam T. W. Ullrichius (Ueber die religiöse u. sittliche Bedeutung der Antigone etc. Hamburg 1853 p. 58 sqq.) proposuit sic existimans, οὐδὲν ἄτης ἄτερο idem esse atque οὐδὲν μετέχον ἄτης i. e. consuetudine negationes cumulandi factum esse, ut temere pro positivo μέτα negativum ἄτερο inferretur. Nam quae in emendationem loci contulerunt viri docti: ἄγης ἄτερο Coraius, ἄτης γέμον Hermannus, ἄκουσ ἄτερο Astius, ἀτήσιμον Dindorfius, alia alii, eorum nihil fidem facit neque corruptelae vestigium apparet. Ea autem interpretatio, quam Boeckhius eumque secutus M. Seyffertus protulit: 'nihil enim neque acerbi neque, omissa calamitate („des frevelhaften Unheils nicht zu gedenken") aut turpis aut ignominiosi est', probari posset, si scriptum legeremus: οὐδὲν γὰρ ὦδ' ἀλγεινὸν οὐδ' — ἄτης ἄτερο — οὐτ' αἰσχρὸν οὐτ' ἄτιμον ἔσθ', ὅποιον κτέ. Cfr. εἰσβολὴν Euripidis Orestis: οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὦδ' εἰπεῖν ἔπος οὐδὲ πάθος οὐδὲ συμφορὰ θεήλατος, ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἀχθος ἀνθρώπου φύσις.

V. 5 sq. ὅποιον οὐ — οὐκ ὅπωπ' ἐγὼ κακῶν] Repetitae negationis exempla haec attulerunt interpretes: Aesch. Agam. 1634 ὃς οὐκ, ἐπειδὴ τῶδ' ἐβούλευσας μίρον, δράσαι τόδ' ἔργον οὐκ ἔτλης ἀντοκτόνως. Soph. Trach. 1014 καὶ νυν ἐπὶ τῶδε νοσοῦντι οὐ πῦρ, οὐκ ἐγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἐπιτρέψει. Cfr. Boeckh. nott. critt. Pind. Pyth. III extr. et Reisig.